

cum omnibus suis attinenciis, longe vel prope positus nulla penitus exceptione facta In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum datum anno domini M° CCC° XXX° quarto, dominica septuagesime.

3024.

1334 d. 23 Jan.

Wårdinge.

LARS JONSSON borthbyter tre öreländ i Ekeby i Kärnbo socken till Biskop Styrbjörn i Strengnäs, mot 1½ åtting i Munnerstorp i Älfvestad socken i Östergötland och 120 mark penningar i mellangift, på hvilket byte fasta blifvit gifven.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus LAURENCIUS JONSSON salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi. me permutacionem prediorum cum venerabili patre. domino styrberno dei gracia episcopo strengenensi fecisse in hunc modum. videlicet quod pro vno attungho et quarta parte vnus attungh. in villa myndisthorp. parochia eluestæ in terra osgocie. cum omnibus et singulis dicte terre pertinenciis agris pascuis pratis siluis molendinis molendinorum locis et aliis quibuscumque dependenciis quomodolibet nominatis. infra sepes et extra prope proculue positus. nullo prorsus excepto. de qua quidem terra annui redditus sunt sex thyniones. ac pro centum viginti marchis denariorum sweue monete nunc communiter currentis ratione donacionis que wildh. dicitur per me leuatis. ipsi domino strengenensi predia mea in Ekeby. parrochia kyrnæ. tres oras terre. cum omnibus et singulis earum pertinenciis superius expressis. nullo prorsus ut prefertur excepto. quauis sollempnitate legum seruata. per prolocutores et firmarios vidherwaromen et fastæ dictos. ex germanorum meorum consensu dimitto penitus et assigno. per eum perpetuo possidenda. Transferens in eundem dominum strengenensem. a me meisque heredibus. dicta predia ekeby. occupandi. vendendi. commutandi et aliter pro suis vsibus ordinandi plenum proprietatis ius et possessionis dominium. per me uel meos heredes aut alium. nulla caussa uel ingenio. denuo reuocanda. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXX° quarto, crastino Sancti vincencij martiris apud ecclesiam wardhung.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

3025.

1334 d. 23 Jan.

Wårdinge.

LARS JONSSON förnyar nästföregående bytesbref med uppräknande af namnen på fastarne.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus LAURENCIUS JONSON salutem in domino sempiternam &c. *lika med nästföreg. N:o 3024 *)* till prolocutores et

*) Med följande variationer: elwestaþ — thynones — kärna (i st. f. kyrnæ) — warthungæ.

firmarios witheruaramen et fasta dictos videlicet kætilmundum in husta thomam in langhobro bothonem in stænæ vlphonem in swalastum nicholaum in nidhamar ericum in hiorsbiærgh sunonem in sundæ gregorium in langhobro laurencium in gærdhastum rodstanum in liunghum petrum in liwnglum olauum in gærdastum farmannum in hanalund et mathiam in sæby ex germanorum meorum consensu &c. *lika med samma N:o 3024 till slut.*

Sigillet borta, remsan qvar.

3026.

1334 d. 24 Jan.

Strengnäs.

ADVOCATI och öfriga RÅDMÄN i Strengnäs intyga, att Riddaren Stefan Rörriksson på allmänt thing bortbytt 2 öreland i Fröneskruf på Skritstenmo i Algutsboda (nu i Helleberga) socken till Sigge Johansson af Kingre mot Årby i Gamlaklosters (Fogdö) socken, samt att Sigge pantsatt dessa 2:ne öreland i Fröneskruf för 38 mark 2 öre penningar, som han lånt af Hr Stefan.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum inspecturis,, ADVOCATI strengenenses ceterique CONSULES ibidem salutem in domino sempiternam,, Notum vobis facimus vniuersis quod anno domini .M°. CCC°. XXX°. IIII. feria secunda proxima post dominicam septuagesime in nostra communi placitacione personaliter constituti nobilis miles dominus stephanus rørixsson ex vna parte. et siggo filius johannis de kyngre ex altera permutacionem seu cambium suorum prediorum libere fecerunt in hunc modum. videlicet idem siggo in villa arby parochia gamblæcloster duas oras terre cum omnibus eisdem adiacentibus ipsi domino stephano posidendas perpetuis temporibus assignauit,, a dicto domino stephano duas oras terre in villa frønæskrøffh in skritstenmo parochia algoosbodhe in recompensacionem recipiens cum singulis adiacentibus eisdemque perpetis [o:-tuis] temporibus posidendas dominium seu possessionem dictorum prediorum vna pars in alteram exnunc transferendo, Eciam predictus siggo in eadem nostra placitacione libere ac poplice personaliter coram nobis predicto domino stephano rørixson in triginta octo marchis cum .II. oris. ex causa mutui se teneri ac obligari in festo purificationis beate virginis proximo persoluendis est confessus,, pro quibus idem siggo predictas .II. oras terre in villa frønæskrøffh dicto domino stephano pignori obligat in prefato festo purificationis modis omnibus redimendas,, Alioquin sepredicto domino stephano si in resolucione defectus fuerit extunc supradictis perpetuis temporibus ac suis heredibus cedant possidende Datum sub sigillo nostre ciuitatis anno et die supradictis.

Sigillet borta, remsan qvar.